

ECLOGA EVANGELICA  
Ad  
DOM. II. ADVENTUS  
Evang. Luc. XXI, 32.

DE

J U D Æ I S

P R Æ S I D E

IO. FRID. MAYERO,

Doctore ac Prof. Theol. Primario  
& Superint. Generali

defendenda

à

JOHANNE PHILIPPO KAUFMANNO,  
Hamburgensi,

D. Decembr. Anno 1701.

GRYPHISWALDIÆ,

Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,  
Reg. Acad. Typogr.

Coll. diss. A  
74, 51

~~38.~~

~~58.~~

a. LXXIV. 51.



LIBRERIA EVANGELICA

DOM. H. ADVENTUS

Evangel. No. XXI. 32.

JUDAEIS

FR. E. S. I. D. E.

IO. FRIEDR. A. YERO



Doktor der Theol. Philoſoph.

& Superintendent Generali

der Stadt

JOHANN PHILIPPO KALHMANN

Hausnummer

D. December 1788

GE. PHILIPPO KALHMANN  
T. F. LAMMEL'S BUCHHANDLUNG  
Leg. Acad. Typogr.

22





## JESU FORTUNANTE!

(I) Judæi Germani an in cædem JESU Servatoris nostri consenserint?

**U**T scenæ suæ inserviant, id plurimi Judæi negant, eo quod patrata jam crucifixione, illam Germanis demum Judæi Hierosolymitani significaverint. Ita *S. Emmerani Abbas Cælestinus in Mausoleo* refert, & quod in *Docto* alias viro mireris credit & tuetur, p. 285, tribus ante CHRISTUM natum seculis Ratisbonæ habitasse Judæos, ostendisse olim fragmentum tabularum Divinarum, quas Moses confregerit, itemque Epistolam, qua Hierosolymitani Judæi ipsos sint hortati, hilares se præberent, eo quod Hierosolymis JESUS, Josephi fabri lignarii filius, qui legem Mosaicam evertere conatus sit, flagris cæsus, spinis coronatus, sputo foedatus, ac cruci denique affixus fuerit. Neque alienus ab hac fabula est magnum illud inter Historicos nomen *LEHMANNUS Chronic Spirensis L. V. Cap. XXXVII. p. 472.* Es seynd die Juden zu unterschiedlichen Zeiten sehr verfolgt / gefangen / aus ihren Landen verführt / und hin und wieder zerstreuet worden / und sollen allbereit vor des **HERRN CHRISTI** Geburt in Teutschland und am Rheinstrom gewohnet haben: Es wird geschrieben als vor Zeiten die Juden / so in Schwaben ihr Amwesen gehabt / daselbst ausgeschafft seynd / daß man in ihren Archivo einen Brieff funden / welchen die Juden zu Jerusalem zu der Zeit / als der **HERR CHRIST**



**CHRISTUS** am Creuz für der Welt Sünde gebüßet / denen so in Teutschland gewohnt / übersendet / und sie verständiget / was massen der Verführer und **GOTTES** Lasterer abgeschafft / solten sie **GOTT** Danck sagen / und sich neben ihnen hierüber erfreuen und fröliche Festtag begeben / dergleichen Schreiben sollen auch die Juden zu Regenspurg bekommen haben / welches vor Jahren **JOHANN CAPNIO**, gesehen und verlesen. *Magna sibi hac excusatione privilegia acquisivisse Judæos Wormatienses conjunctissimus noster WAGENSEILIUS docet in confut. Carminis LIPMANNI p. 215. De Wormatiensibus Judæis proverbio fertur, eos frangi esse, Wormser Juden / fromme Juden. Cujus parcemio causam assignant, quod Imperatori Statibusque in Comitibus liquido probaverint, ab Antiquissima & longe ante natum CHRISTUM memoria majores suos urbem illam incoluisse, ac proinde immunes fuisse ab omni circa interfectum culpa; ut nec ipsi eorundem nepotes, paricum cæteris Judæis odio exponi debeant. Atque hinc luculentis quoque præ alibi degentibus tribulibus, gaudere dicuntur privilegii, quæ ea conditione sint concessa, ut semper de Christo præclare sentiant.*

**(2) Utrum circa injuriam Pontificiorum, Judæi dicantur fideles & devoti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.**

*Prorsus non, ita enim verbis disertis MARQUARDUS de SUSANIS Jctus Ucinensis de Judæis & Usuris P. II. Cap. II. n. 2. p. m. 180. edit: Francofurt. de Anno 1613. Judæi dicuntur seu dici possunt fideles & devoti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, si nobiscum pacificè versantur, & vivunt, quia ejus protectioni se subjiciunt & misericorditer ab ea sustententur, & eis contumelia inbibetur fieri. Et sic veniunt*

*sub*



*sub statuto loquente de devoto & fideli Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod tamen intelligendum est de Ecclesia militante, non autem de triumphante, ut tradit Pe. Anchas Consilio 271. Subscribimus verbis Marquardi atq; Ecclesiæ militantis Romanæ Defensores, Patronos, Deosque tutelares Judæos esse addimus, quia plurimos errores ex idololatria & superstitione Judæorum in hunc diem mutuo accipiunt Pontificii. Vide B. GEIERI Conformitatem Judæo-Papisticam & FRANCISCI de CROY Harmoniam Romanæ Ecclesiæ cum Gentilismo, Judaismo & reliquis hæresibus A. 1670.*

### (3) Judæos quare toleret Pontifex, non vero Lutheranos?

Pontificios Judæis multo æquiores esse, quam Lutheranis, liquido constat. Judæos vi Decreti Innocentii III. ad fidem Christianam cogi non debere apertum est. Ita enim Pontifex: *Ex Christianæ pietatis mansuetudine, prædecessorum nostrorum felicitis memoria, Calixti, Eugenii, Alexandri, Clementis & Cælestini, Rom. Pontificum vestigiis inherentes, ipsorum petitionem admittimus, eisq; protectionis nostræ clypeum indulgemus. Statuimus enim, ut nullus Christianus invitos, vel nolentes eos ad Baptismum per violentiam venire compellat, sed si eorum quilibet sponte ad Christianos fidei causa confugerit, postquam voluntas ejus fuerit patefacta sine qualibet efficiatur calumnia Christianus: veram quippe Christianitatis fidem habere non creditur, qui ad Christianorum Baptisma non spontaneus, sed invitus cognoscitur pervenire &c.*

Adde Bzovium Anno 1200. n. 13. & A. 1234. n. 4. Quare vero hanc invidet libertatem Christianis à doctrina Papæ alienis? Illosq; non apostolice sed Pistolicè, ceu D. SCHERZERUS, Præceptor noster, converti jubet? Sacra Judæis permittit, Lutheranos turbat, ejicit? Non possum mihi temperare, quin causas à MARQUARDO de SUSANIS collectas hic referam P. I. C. II p. 25. *Sustinentur etiam Judæis in eorum ritibus servandis; quia in eis olim præfigurabatur veritas fidei, quam tenemus, ut per Fel. in C. consuluit, col. 2. vers. 2. nota. de Jud. ubi etiam Marianus: & inde provenit hoc bonum, quod testimonium fidei nostræ habeamus ab hostibus & quasi in figura nobis representantur, quod credimus, secundum S. Thomam*



*secunda secunde Q. 10. Art. 10. Et in eis est manifestatio justitia divina ex eorum poena, quod sint res Dominicae passionis, prout imprecati fuerunt dicentes, sanguis ejus super nos, & secundum Augustin. occisi non sunt, sed dispersi, ut quamvis in fide, unde salvi fierent, non haberent, tamen unde nos adjuvaremur, retinerent, in libris suffragatores, in cordibus nostri hostes, in codicibus testes. Non autem sic tolerantur ritus aliorum infidelium, cum nihil veritatis aut utilitatis nobis afferant. De veritate quae hic scribit Marquardus, veritati consona non sunt, sed quae de utilitate, quam maxime. Scilicet hinc illae lacrymae! Sed pontificiae quam maxime inserviunt Judaei. Quamvis etenim insignibus proscindant convitiis CHRISTUM, minime tamen Pro-CHRISTUM ulla offendunt, cujus primatum & monopolicam tuentur majestatem. Reditus etiam Pontificis augent, id quod à Lutheranis, solum Servatorem pro Pontifice N. T. & unico Ecclesiae capite agnoscentibus, Pontifex expectare nequit.*

#### (4) Utrum Christianis liceat Judaeis famulari?

*Censura Facult. Theolog. Lipsiens. To. III. Consil. Dedekenn. p. 113. n. 8. negat. Si de servitute voluntaria sermo sit, & quidem (1) propter periculum seductionis à vera fide. (2) Participationem reatus quo Judaei ex culpa blasphemiae in CHRISTUM perpetuo tenentur. (3) corruptionem bonorum morum imprimis quantum ad usuras illicitas, & Christiani Sabbathi piam celebrationem. Solide satis Magnus Hamburgensium olim Theologus D. Jo. MÜLLERUS Judaismo p. 1414. Es läuft solcher Dienst der Christen bey den Juden wieder die Eigenschaft des Dienens / welches die Christlichen Knechte und Mägde bey ihren Herrn verrichten. Wenn ein Christ für einen Knecht oder Magd dienet bey Herren und Frauen / muß solcher Dienst geschehen / als ob er dem HERRN Christo selber wieder führe. Ihr Knechte seyd gehorsam euren leiblichen Herrn / als Christo / lasset euch düncken / daß ihr dem HERRN dienet / und nicht den Menschen / Eph. IV 6. 7. Alles was ihr thut / das thut von Herzen / als dem HERRN / und nicht den Menschen / denn ihr dienet dem HERRN Christo / Col. III. 23. 24. Das ist klar genug geredet / ein-*



ein jeder/welcher dienet / soll seinen Herrn also dienen/als Christo selber/das ist alle Wercke seines Dienstes soll er thun zu Ehren seines lieben HERRN Christi/und also leben in seinen Beruff / als wenn Christus für seinen Augen stünde/und er ihm ohn Mittel dienen müste / welches bey denen Knechten und Mägden nicht geschehen kan/die sich in der Jüden Dienst auffhalten. Sie dienen Christo nicht/denn ihre Herrn sind Feinde Christi und seines Creuzes. Sed quod nutrices attinet adprobo MARQVARDI de SUSANIS sententiam quam habet P. I. de Judæis Cap. III. p. 33. quod tradit & Cap. IV. pag. 50. De nutricibus Christianis dicendum, eas Judæos posse habere extra domum, nam possent Judæorum creaturæ perire, si non reperirent nutrices Christianas extra domum, ut tenent JOAN. ANDR. Art. de But. Chard. & communiter Doctor. in Cap. si Judæos extr. de Judæis. Et circa hoc dispensatio non requiritur, ut per FELYN. in Cap. at si clerici §. de adulteriis colum. final. extr. de judic. ut tamen habeant in domo, Episcopus dispensare non potest, seeundum communiter Doct. d. c. ad hac & dixi supra capite proximo precedenti, num. 15.

(5) An Christianus Medicum Judæum, extra penuria aliorum Medicorum casum, salva conscientia adhibere possit?

Recte id negat Jus Canonicum 28. q. 1. Nullus eorum qui in sacro sunt ordine, aut laicus azyma Judæorum manducet, aut cum eis habitet aut aliquem eorum in infirmitatibus suis vocet aut medicinam ab eis percipiat, aut cum eis in balneo lavet. Si vero quisquam hoc fecerit, si Clericus est deponatur, si Laicus, excommunicetur. Facult. Theolog. Witteb. in Responso apud DEDEKENN. To. II. p. 136. seqq. etsi certis conditionibus in casu necessitatis permittat, extra illum nequaquam concedi posse definit (1.) quia Judæorum opera non fiunt in nomine CHRISTI sed contra ipsum. Jacobus vero Cap. V. 14. Non ab agroto solum ut in nomine CHRISTI medicamenta accipiat, sed Medico etiam, ut in ejus nomine det, requirat, (2) ejusmodi curationi nulla benedictio nullus successus cum Deo, aut per DEUM adesse queat, cum Judæi nec DEUM habeant. 2. Johann. 9. nec Messiam Job. XIV. nec proinde pias preces Job. XIV. 14. Cap. XVI. 13. (3) de




(3) de odio Judeorum in Christianos plusquam Vatiniano satis constet.  
(4) Doctores Medicinæ Judæi perjuri sint, cum, quotquot Gradum Doctō-  
ris in Hispaniæ Academiis consequuntur, in religionem Romano-Ca-  
tholicam jurent. (5) Infirmis scandali occasio præbeatur. (6) ægrotus  
ipse variis tentationibus, præsertim in articulo mortis hac ratione ex-  
ponat.

Iisdem rationibus BARTHOL. BATTUS Prof. quondam hujus Acade-  
miæ Celeberr. Christianis omnibus ne Judæos Medicos adhibeant, suam-  
que & aliorum conscientiam ita lædant, serio dissvadet, quibus ADAM,  
LONICERUS D. Phys. Francof. ad Oder, addit (1) quod Jure Canonico  
excommunicationis pæna illi statuta sit, qui a Judæo medicamenta sibi  
porrigi velit. (2) Judæis omni honesta arte exercenda interdictum sit,  
ipsique aditu ad omnes dignitates prohibeantur.

D. JOHANN. MÜLLERUS Append. ad Vol. II. Consilior, DEDEKENN,  
p. 711. Christiano homini Medicum Judæum minime advocandum decer-  
nit. (1) Quia remedium morbi a Christo nobis immisisti apud inimicos  
ejus quæri non debeat. (2) causa morbi peccatum sit, & proinde libera-  
tio ab eodem non nisi ex seria pœnitentia speranda sit. (3) ipsa ratio  
svadeat, Judæos non mitius cum Christianis, quam ipso Christo, quem  
occiderunt, acturos, (4) is, qui solis medicamentis naturalibus confidit,  
peccat, atque adeo magis, qui Medicos CHRISTO inimicos in subsi-  
dium sanitatis adhibet. (5) Quia medicamenta in nomine Christi, non  
ægrotus solum sumere, sed & Medicus porrigere debet. (6) Judæi Me-  
dici aspectus in articulo mortis, quo omnes in CHRISTUM cogitatio-  
nes dirigendæ, scandalo esse queat. (7) variis gravissimis tentationibus  
hoc ipso præbeatur occasio (8) Judæi nunquam in morbis suis Christia-  
nos Medicos advocant. (9) Judæi ipsi Medicos suos damnant, & opti-  
mum quemque gehennam mereri affirmant. (10) Judæi in morborum  
curationibus media illicita adhibent. (11) Singulare se præmium me-  
reri existimant, quoties Christianum per medicamenta occiderint.  
Conf. etiam Consil. Theolog. Witteberg. fol. 1058. seqq. Quare vero PA-  
PA Judæo Medico uti non possit rationem reddit MARQUARDUS de SU-  
BANIS p. 276. Consequenter etiam Judæis non potest esse Medicus Pa-  
pæ, vel Imperatoris, quia tales Medici dicuntur habere  
dignitatem, ut tradit Bart. in L. I. C. de comit.

& Archi. Lib. XII



Coll. Diss. A. 74, misc. 51